Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Domino sancto fratri Hieronimo
Chromatius et Heliodorus episcopi
in domino salutem. Cum re
ligiosissimus augustus theo
dosius mediolanensium ur
bem fuisset ingressus. univer
sosque episcopos ytalie ad se invi
taret. et causam aliquantorum episcoporum
qui ex arriana fece animas su
as inquinassent perquireret.
contigit et nostram parvitatem
in eodem devenire concilio.
In quo cum dicenda dicta essent. et definienda finita. cepit christianissimus prin
ceps sanctum Gregorium episcopum cordubensis ecclesie in eo preferre antistitem. quod dominico
die sive ieiunans matutinas. sive non ieiunans vespertinas explicans mis
sas. eorum martyrum quorum natalicia essent: plurimorum nomina memoraret.
factum est ut omnis pariter statue-rent. ad tuam scribere karitatem. quod ut famosissi
mos feriales. de archivis sancti eusebii cesarie palestineque sacerdotis inquirens
nostrum ad nos dirigas festa. ut possimus hoc officium per tuam sanctam industriam
melius perfectique dei mrib' exhibere.
Cromatio et elyodoro sanctis episcopis Hieronimus presbyter. Constat do
minum nostrum. omni die. martirum suorum triumphos excipe-
quorum passiones a sancto eusebio. cesariensi episcopo scriptas rep
perimus. Nam constantinus augustus. cum cesaream ingressus. et diceret [fuisset]
memorato antistiti. ut peteret aliqua beneficia cesariensi ecclesie pro
futura. legitur respondisse eusebium. opibus suis ditatam ecclesiam nul
la petendi beneficia necessitudine conpelli. sibi tamen desidium
inmobile extitisse. ut quicquid in re publica romana. gestum
sit. erga sanctos dei iudices. iudicibus succedentes. universo orbe romano